



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quid sit Promissio? Caput I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

TRACTATUS NONVS DE PROMISSIONE

CAPUT I.

Quid sit Promissio?

PE ea loquimur, quando est liberalis, gratuita; si enim est onerosa, id est sub aliquo onere praestando à Promissario, jam propriè pertinebit ad contractus, sive nominatos, sive innominatos, Emptionem, Venditionem, Locationem, &c. de quibus suo dictum est loco.

2. De eadem item loquimur, ut est promissio, non vero, ut merum propositum, quod pollicitationem etiam nonnulli appellant. Propositum enim, sive consistat in actu solius intellectus, sive solius voluntatis, sive utriusque, sive etiam in vocibus externis, quibus voluntas interna significatur, de quibus

2 Turr. d. 64. de Iust. dub. 19. Suar. T. 2. de Relig. l. 1. de Voto c. 2. 3. bi in ipsius utilitatem, seu obsequium à Promittente.
in opusc. 4. de libert. Divin. d. 2. sec. 2. à Vasq. n. 18. Vasq. q. 4. in Est affirmatio, & enunciatio (utique deliberata, 3. p. d. 6. de & spontanea) alicujus rei possibilis, & licite in futurum facienda ab aliquo insinuata. & abso- Delugo d. 23. de Iust. litatem, seu obsequium facienda res est. nu. 2. b. Vasq. l. 6.

Doctores & passim, Propositum, inquam, dicit intentionem aliquid faciendi, seu dandi; at promissio superaddit aliquid aliud, per quod is, cui res promittitur, (quem vocare solemus Promissarium,) merito habet fundamentum expectandi rem illam promissam si mittente.

3. Sic autem describitur Promissio liberalis, seu gratuita, de qua praesens est disputatio. *Est affirmatio, & enunciatio (utique deliberata, & spontanea) alicujus rei possibilis, & licite in futurum facienda ab aliquo insinuata. & abso- Delugo d. 23. de Iust. litatem, seu obsequium facienda res est.*

4. Haec Descriptio affertur à Vasq. b sed addita à nobis una voce. Ipse enim dicit (alteri insinuata) nos vero addimus (& alteri data)

cujus additionis ratio est, quia posset insinuari, seu ostendi propositum alicui, nec tamen inde ullam promissionis obligationem nasci. Ut, si tibi ostendam, me velle cras tuum comitem fore in via, & nil addam praeterea, quod id me facturum promittam, tunc enim solum ostendo, me esse in ea voluntate, non propterea significo promissionem ullam tibi à me dari, ex vi cujus tu meum comitatum cras expectes, sed, si expectes, expectabis ex vi meae constantiae, qua non soleo mea proposita mutare, non vero ex vi promissionis. Et lane sic videtur se gessisse Sanctus Petrus, ut notat Delugo, e quando enuncia vit. *Etiamsi oportet me mori tecum, non te negabo.* Nec enim sic aliquid Christo Domino promissit, seu vovit, sed solum ostendit, praesentem voluntatem suam. Sic etiam, qui Deo dicit, se nolle amplius peccare, non promittit, sed solum suam praesentem voluntatem ostendit. Dicimus igitur Promissionem esse enunciationem, & ostensionem voluntatis alteri, & insinuatam, & datam, nam sic non solum explicatur ostensio voluntatis, sed etiam explicatur fides, quae datur Promissario.

5. Ut autem tota de promissione tractatio ordinatim absolvarur notentur singula praedictae Descriptionis verba, & in modum sequentem explicentur.

Adverte autem, quia liberalis Donatio in futurum ante rei traditionem nihil aliud verè est, nisi promissio donandi, ideo non pauca ex dicendis hic competere etiam ejusmodi Donationi in futurum: nam ceterum de liberali Donatione de praesenti suus mox erit agendi locus in particulari tractatione de Donatione.

